



## **Chronicon chronicorum ecclesiastico-politicum**

ex huius superiorisque aetatis scriptoribus concinnatum ; qua non modo pontificum, archiepiscoporum, abbatum, &c., set et doctorum armis literisque illustrium, dies natalis ... egregiaque eorum ... facinora ... breviter delineantur ...

**Gruterus, Janus**

**Francoforti, 1614**

XVIII. Abbates Fuldenses.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64659](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64659)

Ioannes Rosinus, orator & insignis poeta, Ferdinandi regis Romanorum aulicus, & ingenuorum puerorū præceptor, ex Clareuallensi in Zuerl præpositura, ab eodem rege ad cathedralem wiennensem vocatus, cum vix annum vnum administraffet, fatorum iniquitate intempestive abreptus est, anno 1545.

Ioannes Saur, sacræ Theologiæ doctor, Ferdinandi regis à concione, anno, dum hæc scriberemus, Rosino in Wiennensi præpositura est successus. adhuc in humanis est.

Fredericus cognomento Nausea, Francus, sacræ Theologiæ & legum doctor, Ferdinando Romanorum Hungariæ & Bohemiæ regi à sacra concione, Fabro in Episcopatu Wiennensi substitutus est. Qui in hanc usque diem, omnibus numeris officij sui impletis, proprio ex concione plebeculam suam instituendo sermone, colloquiis cum aduersa parte transigendo, feliciter eandem diœcesim administrat.

ABBATES FULDENSES EX PRONVERIO.

I.

Sturmus vel Sturmio primus Abbas Fuldensis & Saxonix Apostolus; cœpit anno Christi 744. præfuit annis 35. mortuus 17. kal. Janu. 779.

II.

Baugolfus, Adriani Pontificis gratia literisq; clarus, præfuit annis 22. desijt 802. superfuit honori annis 13. diem suam functus Christi anno 815.

III.

Ratgarius nobili in Germania satu, cœpit 802. præfuit 15. desijt 817.

IV.

Agil origine Norica S. Sturmionis propinquus cœpit 818.

præfuit annos quinq; defijt 822. Eo gubernante, percelebris illa Fuldae Basilica S. Bonifacij surrexit, & anno salutis 819. ab Heistulpho Moguntinensi Archiepiscopo dedicata est, Kal. Nouemb.

## V.

Hrabanus cœpit 822. præfuit annis 20, anno Christi 842. vltroque relicta potestate, vltra Rhenum in regnum Lothariæ se contulit, successitq; Otgario in Archiepiscopatu Maguntiacensi.

## VI.

Hatto I. cognomento Bonus & Gloriosus, male apud Lambertum dictus est Vvaldo. Quare & magno errore, quæ de Vvaldone Abbate & Vtone ac Berengario fratribus eius Comitibus Ratisbonæ gesta, Francorum Annalibus leguntur ad annum Christi 861. waldoni Abbati Fuldensi apud Lambertum adscripta sunt. Hattonis exorta conferunt in eundem annum, quo Hrabanus factus est, Archiepiscopus: cuiq; ideo à dimotione successum non videtur. decessit pridie Idus April. 856.

## VII.

Thioto eiusdem cœnobij monachus præfuit annos 19, depositus anno Christi 869. ob factiones Lodouici ac Caroli Regum, quo eodem & humana reliquit.

## VIII.

Sigehardus, qui thecam Euangelij auream lapidibus pretiosis distinxit ornauitque, & anniuersariam vitæ sanctorum memoriam celebrem condidit; & expeditione Sclauica 872. Ludouico Germaniæ Regi strenuam operam nauauit, quot annis præfuerit ignoratur. Secessisse conuenit suapte sponte in monasterium montis S. Ioannis, atq; ibi religiose decurrisse vitæ spatia.

## IX.

Huoggi, vulgo Hugo, pace belloq; spectatus cœpit 874.

Arnulphus Rex Euangelij librum S. Bonifacij manu descriptum, præstans utique Regum maiorum cimelium, trahit. Tribuunt eius regimini, quam vere haud liquet, annos 26. nonnulli volunt obiisse 900. Christi anno.

X.

Helinfridus cœpit 913. muro firmiter operis Monasterio clauso, & de sacra cruce donata aurea, gemmis & margaritis præfulgida celebrat. Abbatis honore functum reperias annos 16. menses quinque: sed extra temporum omnes metas, cum vix tres ipsi annos accommodes.

XI.

Haicho, cuius gubernatio clarior Ioannis X. Pontificis Max. & Henrici Regis literis, quam veteri memoria cullodinis actis.

XII.

Hilbertus, qui & Heribertus à probatis; sed perperam Hildebrandus à succi plebei scriptore, qui vulgato errore mentitur ad Romanam Cathedram pervenisse, Maguntinam illum obrinuisse, non contentum; quam Lambertus ei tradidit anno 924. etsi proclivis ciphra veteris mutatio, ex septenario in quaternarium; & septenario Marianus adisti; pulatur, elogium eius obuium est apud Vitikindum.

XIII.

Hadamarus cœpit 927. quo ipso Basilica Fuldenfis igne exurit. sed quæ sumptuosis impensis, nouisq; operibus studio restaurata, & anno 948. Kal. Nou. Othone Magno præsentate, die omnium Sanctorum à Marino Sedis Apostolicæ Legato dedicata est. humana reliquit an. salutis 956.

XIV.

Hatto II. Hadamari ex sorore nepos. Is Roma adita, & Othonis Magni illustrata coronatione, posteris notus. Ceterum duodecim circiter in munere consumptis annis, fit Maguntia Archiepiscopus: hoc minus secunda fama, quod murium fabula triviales scriptores eius clarissimo nomini hucusq; illuserunt. quam refellit Serrarius lib. 4. retum Maguntiac. cap. 4.

## XV.

werhner, qui & Vverinharius & Wernerus alias filius materera S. Vdalrici, conditor Collegij ac monasterij in Borslaha, Thuringia oppido. Cæpit 969. desijt 982. vel 983. cæsus in acie pro secundi Othonis, & gentis suæ gloriâ aduersus Saracenos.

## XVI.

Erkanbaldus Saxo, Bernwardi Hildesemensis Episcopi propinquus, cæpit 983. factusq; Archiepiscopus Moguntinus pro Willigiso, anno Christi 1001. procuratorio tamen nomine etiam retinuisse Fuldensem Ecclesiam ad tempus docet Terminorum descriptio &c. obiisse anno 1011. cum Mariano, vel vicesimo supra millesimum deuolente, non ambigo.

## XVII.

Brantohus, primus eius nominis, Dietmari monumentis iam clarus, cæpit 1011.

## XVIII.

Poppo gente, vt volunt, Buchonius, cænobij Lauriaci S. Nazarij alumnus; & ex potente sæculi viro, ibidem electus Abbas. Id enim Dietmarum Conuersi nomine reor significasse. Leguntur præterea Abbates, Vvolmarus, nardo aliiq; : sed orbe tunc turbato, non liquet etiam de annis ipsorum aut adeo de tempore quo præfuerant.

## XIX.

Richardus I. gloria rerum gestarum inter Abbates longe princeps, sed quo anno admissus sit controuertitur. Eius ingressu Fuldæ duorum totius orbis Christiani principum, benedicti Pontificis & Henrici Imp. aduentu laudatam, produnt vetera Abbatum monumenta. Vita decel- sit 1039. quo tempore monasterium disciplina, literis, cultu vestis, tonsura, aliisq; religionis exercitiis ad prælicam rediit S. benedicti normam.

Sige-

## X X.

Sigevvardus cœpit 1039. præfuit annis 4. vsq; ad annū Christi 1043. quo eodem anno B. Annuchadus Scorus inclausus, Fulde innocentia fama, & vitæ sanctitate floruit.

## X X I.

Robingus splendido in Rempubl. loco, honesto item apud suos, Henricum IV. inter Proceres regni Romæ vsq; prosecutus, anno 1047. à Clemente II. qui ex Suidegero Bambergensi Episcopo ibi tum Pontifex, Abbas confirmatus. Sed huic gloriæ paucis diebus superstes, Romæ vitam finit. Eius perperam verusti Indices Bardone subiiciunt, qui tum tum Moguntinæ Ecclesiæ gubernaculis assidebat.

## X X II.

Egbertus, qui & Eppo, cœpit 1048. statim post Natalem Domini, assumptus in Italia præfuit annis decem. moritur annis 1058. 15. Kal. Decemb.

## X X III.

Sigefridus ex Eppensteinia illustri familia. Eius initio Marianus Scotus se decem per annos Fuldæ inclusit, ut ipse annotavit ad annum 1059. quo & hic noster ad Cathedralam Moguntinam accersitur.

## X X IV.

Wideradus eiusdem gentis & disciplinæ, cœpit 1060. Claudus fuit altero pede à pueritia: Marianum q; 1059. auctoritate Sigefridi Archiepiscopi, Fuldi dimisi Moguntiam: ubi 15. iterum suam clusam volens subiit. At Wideradus obiit 1075. 17. Kal. Aug.

## X X V.

Ruthardus, qui vulgo Ruzelinus, à rutila, ni fallor, comes ad hanc dignitatem improviso arreptus ab Henrico 4. ex Hersfeldensi monacho: quod onus præclare vnum & viginti annos sustinuit, vsq; annum Christi 1096.

bbbb

Gottfridus cepit 1096. præfuitq; 13. annis: per schismata electus quod sub Henrico IV. Imper. Germaniam totam turbabat exinde sese abdicavit, & tandem in Coloniensi peregrinatione naturæ concessit.

## XXVII.

Wolfhelmus, turbidis item rebus, sed electione Canonica hanc dignitatem administravit ab anno 1109. ad 1114. quo moritur: monumento relicto S. Alexandri Oratoris, quod inter vallum & oppidi murum, ad Septentrionem visitur.

## XXVIII.

Ehrloffus Abbas Morbachensis contra fas moresque priscos, Moguntia ab Henrico Imp. præficitur, congregationis Fuldenfis invidia, &c. desit 1122.

## XXIX.

Vdalricus, qui quoniam factioni Principum, contra Lotarium pro Conrado Franconia Duce facientium, se applicasse visus, 1127. anno quo dux Conradus confor exit in Lotnarium, regimine suo excidit, cum præfuisset annis quinq;. moritur, Virziburgi 1134.

## XXX.

Henricus Lantea Decanus principis Monasterij & Præpositus Brustlohenfis in Thuringia & 1133. anno regiminis septimo, offensus tot sumptuum dispendiis, & ambitiosis Imperatorum obsequiis, quibus Ecclesiastici primores aulam militiamq; publicam stipabant, se ultro abdicat.

## XXXI.

Berthous I. Schlitzius, maior Præpositus, præfuit annis duobus, morte sua defunctus 1134.

## XXXII.

Conradus I. maioris item Ecclesiæ Præpositus com-

omni  
que A  
conci  
centia  
Ale.  
tia, ob  
Pontif  
Christ  
Rug  
menle  
pettau  
Her  
folam  
Ma  
fuit an  
Her  
Hersfe  
Kalen  
Bur  
octop  
cella, c  
Ru  
tantu  
discipl  
bus tu

omnium expeditionum, quas Lotharius deinceps cis trās-  
que Alpes, ingenti mole, præsertim in Campania Apuliq;  
conciuit: cuius à morte montem S. Petri præcipua munifi-  
centia excolens, in eiusdem montis monasterio obiit 1140.

## XXXIII.

Aleholffus, cuius paruum iucunda apud posteros memo-  
ria, ob immite atque asperius in suos Imperium, Eugenij  
Pontificis iussu exauctoratur, anno octauo præfecturæ  
Christi 1148.

## XXXIV.

Ruggerus I. plurimum honoribus aduersans, ad Rhe-  
mense concilium profectus, ab Eugenio vacationem im-  
petrauit, & secessit in montem B. Virginis.

## XXXV.

Henticus II. Hersfeldensis Abbas cœpit 1148. præfuit  
solammodo annis duobus, passus sibi subrogari alium.

## XXXVI.

Marquardus is fuit, qui Bambergæ euocatus 1150. præ-  
fuit annis 14.

## XXXVII.

Herimannus cœpit anno Christi 1167. antea Abbas  
Hersfeldensis præfuit annos tres lenta tæbe confectus 6.  
Kalen. Maij.

## XXXVIII.

Burchardus etiã Hersfeldia euocatus, præfuit annis  
octo; periitq; schismaticus 1176. in Vvederauia, paupertinâ  
cella, cui Rhetexis nomen.

## XXXIX.

Ruggerus II. Diaconus, electus die S. Gregorij, præfuit  
tantum anno vno; quo interim B. Virginis monasterium  
disciplina & ædificiis caducum restituit, ac nouis operi-  
bus fulciit; libris peregregijs Bibliothecâ, turres campanæ

bbbb 2



are fulis instruxit; o deo quoq; exstructo nouo, hospitalem  
domum dotauit. obiit asthma ac phthili Nonis Iunij, die  
S. Bonifacij.

## X L.

Conradus II. Diaconus, absens omnium suffragijs, et  
S. Solæ monasterio, cui præpositus erat 4. Nonas Iulij ad-  
opratur 1177. præfuitq; annis 15.

## X L I.

Henricus II. ex montis S. Ioannis Præposito, Henrici  
Regis fauore ex Gambergenfi monasterio obtrusus fuit  
Abbatia 1192. præfuitq; annis 24. defunctus 1216. die D.  
Gregorij.

## X L II.

Hartmannus I. Præpositus monti S. Petri, eodem anno  
Præsul ostentatus & raptus prius quam honos ei rite sta-  
biliretur.

## X L III.

Cuno Eleuaco monasterio, cuius erat Præpositus, Fri-  
derici II. iussu euocatus 1217. præfuit annis 5. diu; Schil-  
maticus, Apuliam & Imperatorem trans Alpes petiit, in re-  
nere moritur 1221.

## X L IV.

Conradus III. à Malkos, quod artis stirpisque nomen,  
præfuit annos 25. notabilem fecit Ecclesiastica iurisdic-  
tio prolata, & Hamelburgum in faciem oppidi formatum.  
Desijt 1246. vacatione muneris impetrata ab Innocentio  
IV. Pontifice, qui Sigefridum Moguntinam Archiepisco-  
pum, eius nominis tertium, ministri titulo præfecit ad tri-  
ennium.

## X L V.

Henricus IV. ab Ehrtall, claro apud Buchonios gene-  
re, ex Decano creatus Abbas 1249. præfuit 13. annis. pal-  
matium in eius actis, quod nobilium grassatorum, passim  
eius sæculi moribus circumeunte populatione, temporum  
obuiam iit; variasq; prædonum munitiones & castella ce-  
cidit. obiit 1261.

Berthous

## XLVI.

Berthous II. Leipoltz; ex Præposito S. Petri, præfuit decennium. Illudq; memorabile, quod bello Frankensteino quadraginta armatos quindecim fere inermes adorti ex familia Abbatis, in fugam egerint, freti ope S. Bonifacij. Inter diuina fædo latrocinio sacrilege interficitur die 15. Kal. Aprilis 1271.

## XLVII.

Berthous III. ex Mackecellenfi stirpe non ignobili, nuper D. Andreæ Monasterio Præpositus successit, præfuit 2. annos, egregieq; vindicauit necem præcessoris sui. Ac cum non confirmaretur Romæ, exasperatus, in Werhneri Archiepiscopi Moguntini tutelam, Ecclesiam, oppida, arces, seq; permittit, 1272. Verum is infelici rerum territus successu, anno postero mature abdicauit se illa tutela, & nouis suffragus locum fecit.

## XLVIII.

Berthous IV. septimo Idus Sextilis 1274. eligitur, è bimbachiorum familia, & monasterij primi Decanus. Is statim castrum Hunæ, speluncam tum latronum, oçtidi obfisione cœpit, soloq; æquauit; & biennio post, Mackencellam, Mansbachium, Aldenburgium & inferius bimbachiu, damnosa castra expugnauit. At anno 1282. Oeconomiæ & Ecclesiæ fortunas, Rudolpho regi moderandas concessit in sexennium: ipse priuati more viuere, annonâ, certoq; dimenso, & S. Petri præpositura contentus. Anno vero 1286. bona Pontificis Regis que gratia se sponte abdicat.

## XLIX.

Marquardus I. ei surrogatus, cui genus è Baronibus de Ackenbach, qui anno 1288. sexto à festo SS. Apostolorum Petri & Paulli die, chirothecis medicatis à nescio qua fœmina acceptis, intoxicatur ac moritur.

## L.

Henricus V. à Vvilnavv succedit; præest annos 25. moriturq; Hamelburgi 15. Kal. Martij 1313.

bbbb 3

## L I.

Eberardus à Rotenstein breuioris fuit imperij; obiit enim anno Christi 1314.

## L I I.

Henricus VI. de Hohenberg præfuit 40. fere, aut iura alios 39. annis; obiitq; 7. Idus Septembris 1353.

## L I I I.

Henricus VII. à Kralucke, præfuit annis nouemdecim; moriturq; 15. Kal. Junij 1372.

## L I V.

Conradus ex Comitibus de Hanau. præfuit annis decem, multa perpeffus aduerfa ac trifia à ministris Ecclefie ac nobilitate ob ferociam animi, aut potius cōiurationem Stelligerorum, quibus præerat Otho Dux Brunfuitensis. ab hac ita tractatus est, vt in ostio Camerae depreffus perierit, sicca an cruenta morte acta non exprimitur, 1382.

## L V.

Fridericus Romrodt, haud magnificentius sacro munere perfunctus, obæratam Ecclesiam, & bellis vndiq; quatfatam, ægre afferens desijt viuere 1395.

## L V I.

Ioannes de Merlauu, in ætatis flore, stirpis & animi præclarus, præfuit annis 45. Adiit Constantiense concilium duo de quinquaginta Equitum ala pulere comitatus anno 1414. desijt 1440. tertia die Epiphaniæ.

## L V I I.

Hermannus à Buchenau Præpositus S. Ioannis, & antea coadiutor, præfuit annos nouē: moritur die S. Paschæ 1449.

## L V I I I.

Reinhardus de Vvilinawe, ex Comitum id nominis propagine, eligitur die sacro Georgij Martyris; præfuitque annos 27. Abiit vita Kal. Aprilis 1476.

## L I X.

Ioannes II. ex principum Hennebergij Comitum illustri stirpe,

hirpe, Reinardi Iudicio ac commendatione, cui coadiutor fuerat, summæ rei admotus. vixit annis 75. præfuit quinque & quadraginta. Anno 1508. Hartmannum ex Burggraviis de Kirchberg nobilem Thuringum Coadiutorem assumptum. humana reliquit die 20. Maij 1513.

## L X.

Hartmannus Moguntiaë Canonicus, I. V. Doctor præfuit annis septem. prælagium accepit parum felicitis secuti regiminis, quod Canticum lætitiæ, ea vocum confusione atque hiatu pleno in choro exauditum est, ut quasi in explicabili errore, versus nec intermissi recipi, nec dissonus cantus ad ullam quamvis simplicem harmoniam potuerit reuocari. Concessit natura 1529. aliquot retro annos exul ab Ecclesia sua, vivens priuatus Moguntiaë in suo Canonatu.

## L X I.

Ioannes III. Hennebergius, Canonicus variarum illustrium Ecclesiarum, cœpit 1527. ac ditione ab agrestium procella feliciter tranquilleque gubernata laudatus obiit 1541. ætatis anno 38. die decima Maij.

## L X I I.

Philippus Schenck à Schvveinsberg, nuper Decanus, inde Præpositus S. Ioannis Monti, & ob luris prudentiam peritiamque rerum Ioanni à consiliis, sacundia publicoque Academiarum Maguntinaë & Agrippinensis Iudicio peritiamque viri palmam adeptus, 12. Maij electus est. Anno sequenti inuitatus est à Paulo III. P. M. ad concilium œcumenicum Tridentinum: sed senecta morbisque infractor, & discrimine multiplici parum tutus, Ioanni Constantiensi, Mauritio Eistatensi, Iulio Neumburgensi, & Friderico Viennensi, grauiissimis & doctis Episcopis plenissimam suo nomine suffragationem permisit. Obiit 15. Ianuarij 1550. decenniali fere munere, ut in turbido bellorum errorumque fluctibus Reipubl. statu, tranquille & magno subditorum desiderio perfunctus.

bbbb 4

Wolfgangus Theodericus ab Eufigkeim, 28. Ianuarij Philippo electus successor; ingenio & memoria ad miraculum vsque excellens. Bello sociali misere tractatus est à Comite Aldenbergio, cui coactus est mutuo dare decem thalerorum millia, cum interim milites eius per omnia loca center grassarentur. Brandenburgico vero bello apud Svvinfurtum periit Fuldensis Ecclesiæ thesaurus omnis. Ipse autem Abbas viacere desit 29. Aprilis, anno Christi 1558.

## LXIV.

Wolfgangus II. Schutzpar à Milchling, quem ex militia Teutonica nobilem commendatorem, decessor sibi pro Coadiutore adlegerat, Abbas creatus eodem anno, mortalitatemq; expleuit pridie Kalend. Decemb. 1567. præfectura suæ anno 9.

## LXV.

Georgius Schenck à Schvveinsberg trimestre non amplius gubernavit, & ob morbi vim, captus fere membrorum officiis, mature ereptus est. Nam 1568. 25. Februarij vita excessit.

## LXVI.

Vvilhelmus Clautius, vitæ modestia & moribus antiquis spectatus præfuit duobus tantum annis, migravitque ex hac vita 1572.


## LXVII.

Balthasar à Dermbach, cognomento Grauel, in Halfla Petro & Clara Clauria nobilibus parentibus ortus, ex Decano Ecclesiæ primariæ, ipsa memoria conuersi v. a. apostoli Pauli Canonice electus, quamquam ætate minor, à Maximiliano regalia, à Pio V. confirmationem accepit. Anno 1571. die 10. Decembr. admisit ordinem Societatis Iesu, suafu Danielis Archiepiscopi Moguntini. Anno 1576. 21. Iunij

Junii Hamelburgi, coitione partium, abdicare cogitur: qui  
idem 16. Decembr. 1602. apparatu sane non ineleganti,  
Ecclesiam primum & mox civitatem suam iterum ingres-  
sus est, restitutus ab Rudolpho II. Cesare. Anno 1606.  
die Martii 15. inter rem diuinam reumate venis oppletis,  
veterno constrictus est, quo ad secundam vsque vigiliam  
noctis laborans, Deo tandem Spiritum reddidit ipsa Me-  
moriam S. Benedicti.

## LXVIII.

Johannes Fridericus à Schuualbach, ex primaria Ec-  
clesiæ Decano creatus Antistes 22. die Martii, quæ hebdo-  
madæ maioris erat feria 4. Natus is regionis Hassiacæ so-  
lo, Gießæ oppido, ad Loganam amnem, vbi stirpis paternæ  
domicilium, maternum ei genus ab Hertingshausis. edu-  
catus Dilingæ, Fuldæ & Moguntia, in Societatis Iesu gym-  
nasii, imo contuberniis.



ARCHIEPISCOPI  
BREMENSES CONSTI-  
TUTI ANNO DCCLXXXVIII.

à Carolo Magno. Ex  
Crantzio.

- |                        |      |
|------------------------|------|
|                        | I.   |
| S. Willehadus, Anglus. | II.  |
| S. Willericus.         | III. |
| S. Leudericus.         |      |

bbbb 5